Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0002-2

39. 18 1662,14 (3)

# THEORICO-PRACTICA
*REPETITIO*
PRINCIPII
LEGIS
# CONSILII
## NON-FRAUDULENTI NULLA
OBLIGATIO, &c.
XLVII. ff. de Regul. JUR.
*QVAM*
SS. TRINITATE FAVENTE
NOBILISSIMO JCTORUM ORDINE ACADEMIÆ
LIPSIENSIS ANNUENTE
VIRO
*MAGNIFICO, REVERENDO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO*
DN. QVIRINO Schachern/
ICTO, PANDECTARUMQVE PROFESSORE
CELEBERRIMO, ELECTORIS SAXONIÆ JUDICII
APPELLATIONUM CONSILIARIO, CONSISTORII PRÆSIDE & FACULTATIS JURIDICÆ LIPSIENSIS SENIORE GRAVISSIMO &c. PATRONO, PRÆCEPTORE & HOSPITE ÆTATEM DEVENERANDO PRÆSIDENTE,
PUBLICÆ ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET
FRIDERICUS Hoßfeld SALTZUNGENS.
AUT. & RESP.
*AD DIEM XXX. OCTOBR. A. O. R. M. DC. LXII.*

---

LIPSIÆ,
*Literis*, *CHRISTIANI MICHAELIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0003-7

# COEPTIS DEUS
## *T. O. M.*
# BENEDICAT!

## PRÆFATIO.

MAgnificus Aulæ Saxo-Gothanæ Cancellarius 1.
Dn. D. Schröter PATRONUS meus mihi
non tàm ob natalis ſoli communionem,
quàm maximam ſcientiam ſummè colendus,
in ſuô Juris Informatorio pag. 1. prudenter
monet; quod in artium doctrinis rectè tra-
dendis ab initio ad intelligentiæ memoriæq;
adjumentum totam artem in corpus quoddam componere ſo- 2.
leant: eſt inſuper res, quæ turpitudinem in foro habet, Judici
non factâ ante præfatione cauſam exponere, *l. 1 ff. de O. I.* Ut
itaq; mea diſſertatio non minus ab hoc dedecoris genere va- 3.
cua, quàm Conſultisſimi illius VIRI adhortationi, ad cujusvis
utiq; materiæ traditionem excurrenti, conveniens ſit, in limine
ſtatim dico', quod *Legis XLVII. principium ff. de R. I.* ita velim
dare explanatum, ut rudi Minervâ pertractem capite

1. Conſilii Definitionem Nominalem.
2. Realem.
3. Latentem in textu Diviſionem.
4. Quæ ratio & an perpetuum ſit, ut Conſilii non-fraudulenti nulla obligatio ſit.
5. Evolutionem particulæ SI.
6. Indolem Conjunctionis ET.
7. Utrum ſibi *doli* & *calliditatis* vox hîc opponantur.
8. Quando hæ & quomodo in conſiliô *interceſſiſſe* intelligantur.

9. Methodicam actionis ex conſilio doloſo competentis delineationem.

10. Qu re Ulpianus hîc utatur termino *Competit*.

4. Juris equidem Sapientum (quod nomen primùm Publio Attilio fuit *l.2.§.38.* F.O.J. non Sempronio uti in ſuo comment. *ad Tit. ff. de R. I.* putat Dn. Eichel: contra *d. l. 2.§.37.* & Gothofredum ad dict. §.*38.* vocem Latinam ſapiens cum græca σοφὸς confundens) lucubrationes in præſentem Legem quæ extant
5. & multæ ſunt & ſatis eruditæ; non tamen neſcius poſt Homerum Iliada ſcribere & aliis fuiſſe integrum B. Dn. D. Frantzke in præfat. ſuarum Vari: Reſolutionum, veniam facilè merebor, ſi quæ ad eandem Legem propter viam collegi, exercitii gratiâ Nobili Scholarium multitudini exponam.

## PRINCIPIUM LEGIS 47. ff. Reg. Jur.
### (Ulpianus lib. 30. ad Edictum)

1. Conſilii 2. non-fraudulenti 3. nulla 4. obligatio eſt; cæterum ſi 5. dolus & 6. calliditas 7. interceſſerit 8. de dolo actio 9. competit 10.

## CAPUT PRIMUM EXHIBENS IN TRIBUS SECTIONIBUS DEFINIT: NOMINALEM.

1. O *Qvanto poco humana mente ſale!* Ità falſo de humani ingenii imbecillitate qveritur il Paſtor Fido. α Nam contra reputandò magis induſtria hominum, qvàm vis deeſt ingenio; idq; ubi intenderis, valet. β Modò cuiq; Rationalis Philoſophiæ cura tanta eſſet, quanto ſæpè ſtudio nihil profutu-
2. ra petit. *Dux & Imperator vitæ mortalium animus eſt.* γ Tantundem certè ſcientiarum cognitioni Dialectica præſtat: patet id ex ejus, quâ reliquis animi habitibus contra diſtingvitur, forma & objecti latitudine: quippe quod Neoterici (referente Toleto δ) faciunt omnem orationem, quæ eſt ignoti manifeſta-
3. tiva; ſub quâ maximè complectuntür Diviſionem & Diſinitionem

α. Nel Tragicomed. Paſtor, atto I. Scen. 5.
β. Salluſt. B. Catil. p. m. 32.
γ. Idem in B. Iugurth. p. m. 47.
δ. Quæſt. 5. de dialect. in omn.

nem ε: quarum indoles cùm facilius nota fiat ex definiti præ- 3.
cognitione nominali ζ eam in nominis Notatione, diſtinctione,
terminorumq; æqvipollentium Evolutione, abſolvi η, non
poſſum non Tribus Sectionibus ire demonſtratum.

## SECTIO PRIMA

Exponens Etymologiam *Logicam & Grammaticam.* Su- 1.
per eâdem voce aliis alia viſa, tantum tamen abeſt, ut tollenda
ideò videatur, ut potius tàm maximè ſit inquirenda, quàm
maximè ſit in abſtruſo: ità loquitur in ſuô Armamentario Juſti-
nianeo α Magnus ille TABOR, *meus ferè ad biennium Præceptor
omninò Devenerandus, in cujus virtutes optimè recidit, quod de
Magnifico Dno. CARPZOVIO ipſemet honorificè dixit* in ſuis
partitionibus Element: β Cui ICTO *Conſummatiſſimo* morem 2.
gerere volupe eſt. Qui de rebus dubiis conſultant, ferè per vi- 3.
ces id agunt, ut uno conſulente cœteri conſileant, donec ratio-
nibus multùm expenſis mentes conſiliant in idem placitum;
quæ externa deliberandi forma ὀνοματοθήρας (quod nomen ex 4.
vocum indagatione Ulpiano primùm fuit γ) eò perduxit, ut
pars à conſiliendo δ alii à conſilendo ε conſilii ἔτυμον repe-
tant.

Hæc de notatione *Logica*, qvæ realitatem exponit ζ cui e- 5.
tiam ex uſu apud ICtos in deducendis verborum originibus
frequentisſimo η *Iuridicæ* nomen eſt. Quod attinet *Gramma-* 6.
*ticam*, cujus diſputationem præter Coſtalium θ multi cavillan-
tur, quaq; compoſita vox à ſimplici deſcendit ι eam non ità
magni faciunt ICti, magis impoſiti nominis rationem quàm o-
riginationem inveſtigaturi. κ Quoniam autem conſilii vox non 7.
inter Aborigenes ſeu αὐτογενεῖς, uti vocat Wiſſenbach λ ſed quas
Heringius μ ab origine factas appellat, referenda eſt, hinc Phi-
lologis unanimiter à conſulendo derivatur.

## SECTIO SECUNDA

Evolvens *Homonymiam.*

ε. Scheibl. comm. ad c. i. de Defin. Logic. n. 41.
ζ. Scalig. l. 1. de cauſ. Lat. ling. c. 4.
η. Scheibl. d. l. n. i.
α) ωεϱὶ θε. n. i.
β. in Corol. 8 circa fin.
γ. Cujac. obſerv. 24. obſ. 39. in fin.
δ. Calvin. Lex. Iurid. ſub voc. Conſilium.
ε. Calep. Dict. ſub ead voc.
ζ. Liebenthal Colleg. Eth. Diſp. 13. θ. 2.
η. Borch. ad Inſt. de I. & I pr. n. i.
θ. ἐνπαϱέϱγ. n. 4.
ι. Hering. de Fidejuſſ. c. 7. n. i. Borch. d. loc.
κ. Goedd. in l. 164. n. 6. de V. S.
λ. Diſp. 3. θ. 5. de V. S.
μ. d. tract. de Fide juſſ. c. 2 n. ii.

1. Prima hæc origo, utut maximè ad conſulentium conſeſ-
ſum vocem reſtingat, non potuit tamen non fieri, α quin rerum
infinitudo & verborum paucitas β eam juſſerit exire nativæ ſi-
2. gnificationis cancellos. Eô autem factô, quàm latè evagetur.
niſi oſtenderem, ſermo ſanè pateret erroribus, de quibus om-
3. nis ſemper æquivocatio ſuſpecta eſt. γ In quos ſignificatus *Iu-
ris* vocabulum feratur, de iis textus magiſtralis eſt in *L. 11. ff. de
I, & I.* eum *Vir Eruditione & induſtria Nobiliſſimus* Dn. D. HUL-
DERICUS EYBEN, *Iurium apud Gieſſenſes Anteceſſor meritiſ-
ſimus, in iis, quæ ſolus mecum ſolo aliquando in Inſtituta eruditè
commentatus eſt*, ad Tit. de I. & I. ità reſolvit: Ius accipitur per
*translationem* pro loco, ubi Ius dicitur: *materialiter* pro ipſis
Legibus: *Effectivè* pro competente ex Legibus beneficiô; *for-
4. maliter* pro arte Iuris. Ad quam *Dni mei Præceptoris & Hoſpi-
tis Honoratiſſimi* amusſim ſi conſilii Homonymiam ferè exami-
5. navero, non ero falſus. Equidem non infrequens eſt, ut (*ex
conſilio quidem, non caſu, quæ diſtinctio ambiguorum eſt Ariſtote-
lis* δ) conſilii nomen ſumatur (1) pro loco, ubi conſultaturi
confluimus, collata appellatione ab eo, quod fit, in eô, ubi fit.
ε (2) *materialiter* tùm pro ipsô Conventu deputatorum ad ali-
quid cum deliberatione tractandum: ζ quô ſenſu etiam Corvi-
no η à conſidendo deducitur; tùm pro ipſo eorundem Colle-
gio, θ. quando dicimus: totum conſilium (ita à capite depen-
dens, ut ejus nutu omnia fiant; ι. aliàs enim verior eſſet Nega-
tiva κ) ſuſpectum redditur, ubi caput eſt ſuſpectum; λ (3) pro
ipſo deliberationis effectu: μ atq; ex hac acceptatione reſpon-
ſis Prudentum etiam Conſilii nomen eſſe, extantium de iis paſ-
6. ſim librorum Rubricæ faciunt indubium. (4.) *Formaliter* con-
ſideratum aſſumit quandòq; notationem κατ' ἔσω, prout in ani-
mo & voluntate cujusq; ſubſiſtit. ν Eſtq; ratiocinatio de iis, quæ
agenda ſunt ξ. proinde nulla, inquit Perezius, ο injuria eſt ni-
ſi à conſilio profecta. Hoc in ſignificatu ſemper, ſi non *ex-
preſſè*, tamen *implicitè* π. cum opera concurrit: ϱ ut ità nullus
dubitem, quin formula ope conſilio tàm *ſejunctim*, quàm *con-
junctim*

α. Grot. l. 3. de I. B. & P. c. 1. §. 17. p. 434.
β. l. 4. ff. de præſc. verb.
γ. Ariſt. l. 6. Top. c. 2. §. 1
δ. l. 1. Topic. c. 15.
ε. argto. l. 11. ff. de I. & J.
ζ. l. officium conſul. ff. d. Off. Conſ.
η. In fonte Latin. ſub. voc. conſ.
θ. Bodin. de Rep. l. 3. c. 1.
ι. Schult. in Loc. comm. in voc. conſilium. n. 4.
κ. Hippolit. Rimin. in. c. 1. n. 52.
λ. Bald. in l. 1 (. Si Rect. provin.
μ. Hipp. à Collib. in Tract. de Conſ. p. 217.
ν. L. 79. de R. I.
ξ. Clariſſ. Dn. M. Reyher Præcept. dum Gothæ per oſteñiũ fui, Fideliſſ. Fautor ſummè ſuſpiciendus in Synopſ. Polit. θ. 179.
ο. Erotem. ad Tit. Inſt. ſi quadrupes paup. quæſt. 2.
π. Magnif. Dn. Carpzov. pract. Crim. p. 2. q. 86. n. 3.
ϱ. Wiſſenbach. diſp. 17. de. V. S. θ. 7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0008-6

*junctim* rectè intelligatur, licet, qui contrarium aſſerunt, oppidò multi ſint. Interdum verò κατ' ἐξοχὴν pro perſuaſione, hortatione, inſtructione, &c. ſumi ſolet σ; cujusmodi eſt quando Machiavellus τ. à Neutralitate Magnates avocaturus, *debbono*,
inquit, *fuggire, quando poſſono i Prencipi lo' ſtar à diſcretione* d' *al-* 8.
*tri*. Qui notatus & noſtræ Legis genuinus eſt.

## SECTIO TERTIA.

### Exhibens *Synonymiam*.

Voce à ſuis ambiguitatibus, quantum ſatis eſt, ita libera- 1.
ta, recto nunc pede progredior ad Nomina, quæ notanter nu-
perrimè vocavit *vicaria* Magnifici Dni. Præſidis Filius, *pa-
ternarum virtutum ob animi elegantiam hæres ſanè ſuus & ne-
ceſſarius*. α Quâ via conſilium præſtatur, non una patet; hæc 2.
quò magis variat, eò uberius diſſeminat terminos, à quibus
Conſilii vox συνωνύμως attingitur. Sunt, opinor, in famoſioribus
I. Auxilium β quandoquidem qui factô præſtat auxilium, *ſe-* 3.
*cundariò* γ *impropriè* & *latè* δ dat conſilium. Conſilium enim de 4.
verbi proprietate differt ab auxilio, ε ità ut illud *verbis*, hoc ex-
pediatur *facto*; ζ quod hunc habet effectum, ut ſtatutum (*odio-
ſum* η) puniens auxiliatorem (ratione ſc. certi actûs θ.) non tra-
hatur ad conſultorem & contra ι. quia enim ſtatutum eſt ſtricti
Juris indeq; propriè intelligendum, κ ideò etiam requiritur, ut
auxilium ſit propriè tale. λ. Item ſi quis eſt accuſatus de manda- 5.
to & probatur de conſilio, talis Probatio non ſuffragatur accu-
ſationi μ II. Mandatum ν quâ in ſignificatione niſi *Johann.* 6.
*à Sande* accipiat, non video, quomodo verus ſit, quando hanc
noſtram Legem ad mandati materiam reſtringit ξ. utpote §. *6.
Inſt. de mandat.* quem pro ſua intentione allegat, contrarium
magis evincit: tùm quod Imperator ibi mandandi verbo pro
conſulendi abutatur; ο tùm quod particula *magis* intelligenda
ſit non κατὰ διαςολὴν *ſed* κατ' ἐπίθετον *& electivè*, ϖ ut conſilium ſit
non

σ. in L. 2. §. ult. ff. Mandat.
τ. cap. 13. in Princip.
α. In. cap. I. Sect. 3. ſuæ In augural. Diſput. de Defenſore Iudicario.
β. L. qui ſervo §. ſi duo ff. de furt.
γ. Ioh. Fab. in §. in terdum, n 2. Inſt. de Obl. quæ ex delict.
δ. Car. pract. Crim. tract. de hom. §. ſequitur de conſulente n. 6. Boſſ. pract. Crim. Tit. de mandat. ad homicid. n. 68.
ε. Abb. in c. ſi advers n. 2. extr. de hæret.
ζ. Bartol. (quem Dn. Reinking in der Bibliſchen Policey lib. 3 axio. 33. voc. der Rechts-Gelährten Heerführer) in l. non Sol. §. ſi mand. n 12. ff. de injur.
η Abb. in c. ſi adverſ. n. 2.
θ. Bart. in l. in furt. §. ope ff. de furt. Boſſ. Pract. Crim. Tit. de Mand. ad hom. n. 66.
ι. Alexand. Conſ. 128. n. i. lib. 4.
ι. Rebhan Hodeg Iur.
ξ. in comm. ad h. Leg. 47.
ο. Scheff. Medull. Bach. ad Tit. Inſt. de mand. §. 6.
ϖ. ceu in L. 4. ff. de Iurisdict. & paſſ. in jure.

7. non mandatum, quod Borcholt annotat. ς Hujus rei uberiorem
dilucidationem reſetvo conflictui, ne diſcurſus ultrà modum
8. hîc extuberet. Diſtat cæteroquin à conſilio mandatum σ. ut
illud reſpiciat utilitatem ejus, cui conſulitur, hoc verò fiat gratia
9. mandantis τ. Quæ diſtinctio equidem ſtabiliri videtur in dicto
§. 6. Verùm quia Imperator tantùm de conſilio ſimplici loquitur, non de eo, quod habet vim perſuadendi admixtam, *Magnificus* Dn. TABOR diſtinctionem longè accuratius repetit à
principali, & acceſſorio; ut in mandato mandans ſit *principalis*,
à qvô negotium ſortitur initium, in conſilio autem conſultor
10. *minus principaliter* & ut miniſter conſideretur υ III. Perſuaſio:
φ. (*quâ voce ferè Bartolus ſemper pro conſilio utitur* χ) *Instructio, hortatio, imflammatio*; ψ. ut ita facta ratione unius inquiſitio ſuſtineatur probatô alterô, quia in effectu idem ſunt ω. & ad
11. unum omnes *effectualiter* dicuntur conſilium. αα Fuit *Grammatico Domitio* ex verborum interpretatione penè furioſa *inſani* nomen, ββ quid ergò tàm tenaciter Nominalitati, uti Liebenthal appellat, γγ inhæreo?

## CAPUT SECUNDUM FORMANS DEFINIT. REALEM.

Abit (tanquam analogum in ſua analogata, non genus in
1. ſpecies Univocas α.) Definitio in *Nominalem* & *Realem*: exigente itaq; ordine illam hæc excipit; quæ (Κατά τι) perfectè β) ita adornari poteſt *Conſilium eſt ſubſiſtens:* (propriè γ) *in*
2. *verbis*, perſuaſio δ. ad aliquid committendum ε. gratia conſilio utentis facta ζ.

## CAPUT TERTIUM.

### *Proponens Diviſionem.*

1. Ex varietate diviſionis in animæ definitionem devenit Philoſophus α nec forſan ἀλόγως Diſtributionem Definitioni
2. antepoſuit Melanchton. Qui tamen habita utriusq; uſus ratione β primas Difinitioni faciunt, eorum veſtigiis inhærere malui,

ς. ad dicta §. 6. n. 1. σ. L. 20. n. 3. verſ. procedam. ff. de his qui not. infam. τ Alexand. Cõſ. 128. n. 2. l. 4. υ. L. 50. §. 3. ff. de furt. φ. d. l. in furt. §. ope verſ. conſilium. χ. ad. L. 11. § 3. ff, de injur. ψ. L. in furt. §. 3. conſiliũ ff. de furt. ω Boſſ. Pract. Crim. Tit. de mand. ad homicid. n. 26. Alex. cõſ. 69. vol. 1 αα. Carer. Pract. Crim. §. ſequit. de conſulente n. 2. ββ. Waremund von Ehrenberg Meditam. pro fœderi. c. 3. p. 297. γγ. Colleg. Ethico Exercit. 13 q. 2. α. Itterus Nucl. Log. Sect. i. c. 14 ἐκθ. n. 2. β. Scheibl. Topic. c. 30. n. 26. γ. Carer. pract. Crim. de homicid. §. ſequitur de conſulente n. 6. δ. L. 50. § 3. ff. de furt. ε. Hippol. Rim. conſ. 310. n. 12. l. 3. ζ. Faber ad hanc Legem. α. 2. de Anim. c. 2. β. Scheibl. Top. c. 30. n. 16.

lui, hîc demùm dicturus, Conſilium (non quidem proximè in
ipſas ſpecies, ſed in ſpecierum à formâ & in concreto ſumtas
differentias) διχοτόμως abire *in fraudulentum* & (negandi particu-
la poſitive accepta γ) *non fraudulentum.* δ Maximum equidem eſt 3.
vitium in dividendo aliquid prætirre ε. quia tamen exercitium
meum inſumtura eſt repetitio tantùm principium *Legis 47.
ff. de R. J.* inſtituti ratione Iubeor ſilere cæteras conſilii ſpecies,
quarum campus hîc ſe mihi latè aperit.

## CAPUT QVARTUM.

### *De Ratione & an perpetuò conſilii non-fraudulenti nulla obligatio ſit?*

Ubi conſilia non ex voto feliciter ſuccedunt, quamvis 1.
ſint moderatiſsimè dicta, ferro & carceris ſæpè injuria ulci-
ſcuntur α. *cum* autem *non ſpectandum quid Romæ fiat, ſed quid fieri* 2.
*debeat,* β hîc Ulpianus definit, ex Conſilio non-frandulento nul-
lam eſſe obligationem. Quod tàm *activè* quâm *paſſivè* acci-
pit Prateus. γ. Ratio, cui ea Juris definitio innitatur, alia ex 3.
*Parte conſiliô utentis* adſtat; *illa* eſt carentia doli. Ubicunq; e-
nim non eſt nocendi proærefis, licet poſteà ſiniſtrè cedat con-
ſilium, convenit omninò naturæ Juri, non dari actionem ad-
verſus eum, à quo læſio videtur exorta: δ. *Maximè cùm conſilia* 4.
*ſint de futuro* ε. *de quibus tanquam in rerum naturâ, uti certis, ità
in noſtra poteſtate incertiſſimis,* ζ. *nemo ſatis prudenter diſpicit.*
η. *HÆC*, ut cum Dd. barbarè loquar, eſt neceſsitandi impo- 5.
tentia; θ. utpotè liberum cuiq; eſt, apud ſe explorare, num con-
ſilium ſequi, nec ne ſibi expediat. ι, Ex hâc ratione videtur re- 6.
ctè inferre Schneidevvinus κ. & Prateus: λ. Ergò in caſu, quô
quis non erat facturus, non fraudulenter conſulens utiq; obli-
gatur. Verùm tutior eſt Farinacii μ. ſententia negans. Ut potè 7.
illud Juris Brocardicum (*quæ vox in hoc à regula differt, ut hæc
ſit certa, illud in utramq; partem diſputabile: undè ſimul apparet,*
non ἀκριβῶς *Cujacio* ν. *dici* πρωταρχικὸν quaſi πρώτη ἀρχὴ, niſi velis eum
exan-

γ Stahl. Reg. Phil. p. 2. Regul. 10. n. 2. δ. argument. hujus Leg. & L. 1. §. perſ. ff. ſerv. corrupt. ε. Cicero l. 1. de off n. 10. α. Waremund von Ehrenberg Medita. pro fœder. c. 1. n. 78. β. L. 12. ff. de off. Præſ. γ. l. 4. Reg. Jur. Tit. 18. c. 3. δ. Dn. Eichin comm. ad h. L. ε. Bl. in L. 2. C. de ſerv. fug. ζ. Senec. l. 4 de Benefic. c. 39. η. Fab. ad h. l. Excell. Dn. M. Weiß/ Prof. apud Gieſſ. Moral. Ord. Hoſpes & Præceptor meus ad biennium dexterrimus, Fautor ſummè Suſpiciend. in compend. Metaph. c. 7 axio. 14. θ. Decius ad L. omne ff. de off. Aſſeſſ. ι. Bronch. ad h. L. l. 2. §. fin. ff. mand. κ. in comm. ad §. 6. Inſt. de mand. λ. l. 4. Reg. Jur. Tit. 18. c. 3. μ. de conſult. Tit. 15. n. 17. ν. in Tract. ad Africanum.

audire κατaχρηστικῶς: *quia Burchardo quodam id nominis arcesſunt,ſunt ferè abſurdi.)* Ceſſante legis ratione, ceſſat ejus diſpoſitio,de ratione demum univerſali valet; ζ. cujusmodi quod
8. hic non ſit neceſsitandi ἀδυναμία, obſcurè innuit Decius. ο. Et hæc Ulpiani definitio uti vires ſuas ad nudas π. quoq; commendationes exerit; ϱ. (*quæ non obligant,* σ. ſed *potius adulatoriæ, quàm diſpoſitivæ præſumuntur;* τ. *niſi ex notitia commendati vel turpis lucelli cupidine doli ſuſpicionem commendans incurrat,* υ. *aut Statuto expreſſim aliud caveatur, uti Jure Lubecenſium municipa-*
9. *li;* φ.) ità expirant in Conſilio Aſſeſſoris, χ. Advocati, ψ. & Doctoris ω. quia in Profeſſore Artis imperitia culpæ annumeratur, αα. ut tamen ex Locati-conducti Contractu aſtringantur, ſi de certa mercede ſit conventum, ſin minus, actione Prætoria in factum, exemplo falſum modum renunciantis. ββ.

## CAPUT QVINTUM.

### *Inveſtigans naturam part. SI & an h. l. ſit conditionalis?*

1. Dictio *SI* eſt una τῶν πολλαχῶς λεγομένων. Exponendæ ſignficatus multitudini ſtudet Calvinus. α. Rem paucis expedi-
2. turus eum facio *proprium* & *improprium.*] *PRIOR* ſuſpendit negotium in conditionis eventum: adeò, ut exiſtentiæ neceſsitas effectum illum non impediat β. uti Cynus γ. ex eo, quod impoſsibilis conditio ultimæ voluntati nulliter aſcribatur, δ. ἀνακολούθως infert: *Ergò qualibet neceſſariò extitura conditio pro pura habenda eſt*: turpiter non advertens, aliud eſſe *nunquam*, aliud
3. *neceſſitate quid* eventurum. ε. Idem ferè error habet eos, quibus ſivè *diſpotitioni* ſivè *executioni* conditio apponatur, actus per-
4. inde eſt conditionalis. Cùm tamen, uti Grotius ζ. loquitur, ad modum executionis quod pertinet, non faciat conditionem. Res in promptu eſt exemplo Tutoris Dativi: ei tùm demùm patet Tutelæ geſtio, ſi ſatis dederit; η. tamen, quia part. SI. non indu-

ξ. Sutholt. diſſert. 1, θ. 16 & Tiraquel. in Tract. peculiari de causa ceſſante. ο. ad h. L. n. 1. ſub. fin. π. Rebuff. de Schedul. recogn. n. 99 ϱ. ad. h. L. σ. L. ſciend. pr. ff. de Ædilit. Edict. τ. Hering. C. 18 n. 10. de Fidejuſſ. υ. Cammill. Borell. in controverſ. 47. n. 74. φ. l. 3. Tit. 10. in verb. Wil jemand einem Frembden ſein Gut nicht verkauffen und ein ander ſtehet darbey und ſaget: Ihr möget es ihme woll vertrauen die Bezahlung wird euch wohl/ &c. χ. L. 2. ff. quod quisque Juris: Jaſon in §. omnes Inſt. de Act. ψ. Decius ad h. L. n. 2. Cagnol. repetit. L. diem functo ff. de off. Aſſ. ω. Abb. in c. Tua nos. de homicid. αα. Dec. ad L. 36. n. 1. R. I. ββ. Weſenb. n. 1. π. ſimenſ. falſ. mod. Gothofred. in not. ad eand. L. α. Calv. in Lex Iurid. ſub voc. conſ. β. L. quodcunque non ſolum ff. de V. O. ibique Jaſon. n. 1. & 2. γ. in L. extraneum. C. de hæred. Inſt. δ. §. impoſsib. Inſt. eod. Borcholt. ibid. n. 1. ε. Jaſon ad d. L. quodcunque ζ. Grotius de I. B. & P. l. 3. c. 23. n. 15. η. L. muto §. ſub condit. ff. de Tut.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0012-7

inducit novam formam, θ. ſed reſpicit adminiſtrationem, ι. utiq; non *conditionem* ſed *admonitionem* præſtat, κ. Vix autem 1.
eſt, ut hâc in re pede inoffenſô progrediatur, qui, quæ ſint negotii *ſubſtantialia*, qvævè *accidentalia*, ignorat: utpote in dubio λ. conditio intelligitur appoſita *diſpoſitioni quando ſubſtantialia, executioni verò, ubi reſpicit accidentalia* μ. Poſteriori 6.
caſu *ſ. impropriè*, pro re ſubjectâ ſæpè fit cauſalis, ſive ponitur confirmativè, ν. ut ità non perpetuo procedat, ille loquitur per part. *SI* Ergò negotium rejicit in conditionis exiſtentiam. Atq; huic notationi hâc in lege locum eſſe, ut putem, contextu 7.
perſuadeor.

## CAPUT SEXTUM

*Inquirens Genium part.* ET. *anq; ea hîc copulandi vim habeat?*

Eſt hæc part. ex illis, quæ orationem conſtituunt copula- 1.
tam; α. cujus veritas *(niſi aliud ex rei ſubjectæ natura aut mente loquentis appareat* β). utrumq; fieri exigit: γ). indè ebullit 2.
dubitandi ratio: *an ad hoc, ut ex conſilio doli actio competat, alterutius copulati, doli ſc. aut calliditatis concurſus ſufficiat.* Patrocinor Affirmativæ: & hoc, quia palam eſt, δ. quod *quandoq; lo-* 3.
*cutio* ſtructurâ verborum συμπλεκτικὴ reſolvenda ſit διαζευτικῶς, & vice verſa.

## CAPUT SEPTIMUM

*Demonſtrans utrum vox doli & calliditatis hic ſe attingant* συνονύμως?

Dixi amodo, non eſſe perpetuum, quod part. ET conjun- 1.
gat; Id an textui noſtro aptari poſsit, ut ipſe dubitem, ferè facit, quod doli appellatio ἐν πλάτει ambiat omnẽ calliditatem: α, ſed 2.
cum terminorum evolutâ ambiguitate diffugit ſimul difficultas. Etenim excluſo doli ſignificatu generali hîc locum facio ſpeciali, eiq; latiori, quod B. Dn. Franzkio β. notat quamcunq; alteri nocendi malitiam, licet non ſit conjuncta cum aſtuta machinatione: & ab hoc calliditatem ſecernit ejus forma, tum re-

θ. Alexand. lib. 1. Conſ. 17. n. 79.
ι. B. Bl. in L. 3. C. de arbit.
κ. Gothof. in not. ad d. L. muto.
λ. Decius ad L. in omnibus de R. J. n. 8.
μ Bl. in C. fin. de præſumpt.
ν. in L. videamus 4. princ. ff. de in lit. Jur. L. Titium & Mævium 47. §. à matre datus verſ. ſi manent. ff. de adm. Tut.
α. L. 46. ff. de Legat. 3.
β. Wiſſenb. ad L. 53. de V. S. n. 2.
γ. L. 29. ff. de ſolut. L. 13. §. 2. ff. de reb. credit. (ubi rectius pro Aut Hottomannus obſerv. i. legit ET) Prateus lib. 2. Reg. Jur. Tit. 7. c. i. ubi numero plures hanc in rem textus allegat
δ. L. 35. ff. de V. S. adq; eand. Dd. commr.
α. L. 1. §. 2. ff. de dol. mal.
β. 4. ſſtorum. 3. n. 5.

3. ticendo fit & diſsimulando: ut ità ἀκριβῶς loquendo non ſint
ϛυνώνυμα, ſed vel ſaltem ut excedentes & exceſsi termini ab invicem diſtent: Equidem dolus eſt calliditas non tantum, ſed a-
4. liquid amplius. Hoc autem ipſo neutri largior copiam inferendi: Ergò interventus culpæ latæ & quidem verſutiæ δ. (*quæ in omnibus contractibus, ε. quaſi delictis, ζ. etiam veris, tàm publicis quòm privatis, civiliter ſi agatur η. aut publica utilitas exemplum expoſcat θ. dolus præſumtus ι. dicitur κ.*) fallaciæ itidem &
5. machinationis actionem doli non operatur. Volo potius illam doli, has calliditatis voculæ incluſas, licet enim gloſſa λ. calliditatem à machinatione, & hanc à fallacia rectè ſeparet, rarum tamen non eſt, ut à Dd. ϛυνωνύμως uſurpentur. μ.

## CAPUT OCTAVUM

### *Diſcutiens quando & quomodo dolus ac calliditas in Conſilio interveniſſe intelligantur?*

1. Attributa (*eſſentiala* α) Effectu cum cauſa eadem ſunt. Quare boniras animi tanquam cauſæ β. neceſſariò influit in conſilium ejus Effectum: prorſus, ut uti naturaliter γ. & regulariter, ne obſtent, quæ affert Maſcardus, δ. bonus quilibet præſumitur, ε. ità pro conſilio ſtat bonitatis præſumptio: ζ. ut meritò, qui dolo dicit aliquid factum docere debeat admiſ-
2. ſum: η. qui cùm in animo Subſiſtat, θ. id certè factu ſi non impoſsibile, ι. tamen eſt dificile, κ. & præſtatur maximè indiciis perſpicuis. λ. Cujusmodi quæ ſint, operosè ſatis tractat Fari-
3. nacius μ. & latiſsimè Klockius. ν. Mihi ſatis habeo hîc ὡς ἐν παρόδῳ dixiſſe *I.* ubi de conſilio conſtat, ξ. quandoq; ex eventu tutò æſtimari conſilii qualitatem. *Equidem cujus finis & Effectus malitiam redolet, ejus qvoq; præordinatio doli ſuſpicionem*
4. *incurrit:* ο. quod tamen, uti peſsimè uſu receptum, π eò trahendum non eſt, ac ſi, prout malè vel proſpere conſilia eveniunt, ità bona vel mala ſint, qvoniam ex Fortunæ libidine ſæpè prava magis quàm bona feliciter cedunt. ϱ Herodianus rem
5. exemplo illuſtrat in verbis: Ἀλέξανδρος μὲν ὡς ᾤετο ἄριστα βεβούλευτο· ἔσφελε

γ. Rebhan Hodeg. Jur. Chart. 2. Clim. 3. num. 35. p. m. 558. δ. Gœdd. ad L. 213. §. 2. n. 1. de V. S. ε. L. 32. ff. de poſ. ζ. argum. L. 5. §. 4. de O. & A. η. Magn. Dn. Tabor. Part. Elem. part. 4. Sect. 1. θ. 6. in. ἐκθ. θ. Mejer. Coll. Arg. de culpa θ 110. ι. Dec. ad L. 23. de R. J. n. 43. κ. L. 226. V. S. λ. ad L. 1. §. 2. lit. p. ff. de dol. mal. μ. Rebhan d. L. ν. Excell. Dn. *M.* Weiß / *Fautor multis nominibus Summè ſaſpiciendus in eleganti Methaphyſ. Compend.* c. 3. axio. 12. β. Varro l. 5. de Ling. Lat. γ. Gloſſ. in. L. fin. ff. δ. de Probat. vol. i. concl. 222. n. 5. ε. c. dudum. de præſumpt. ζ. L. 51. princ. ff. pro ſocio η. L. 18. §. i. ff. de probat. θ. l. 1. ſi adverſ. delict. C. 1. Borcholt. de vi bon rapt. §. i. n. i. κ. Böerius quæſt. 101. n. 3. & 4. λ. L. 6. (. de dol. mal. μ. quæſt. 89. ν. de Contrib. c. 19. n. 164. ξ. Bl. conſ. 250. n. i. vol. i. ο. L. 34 (. ad L. Jul. ad adult. π. Plin. ad Ruff. l. 5. Epiſt. ult. ϱ. Salluſt. ad Cæſ. de Rep. ordin. Orat. 2. in princ.

σφῆλε δὲ ἀυτȣ̃ τὴν γνώμην ἡ τύχη. σ. Multomagis (*regulariter*) non
tàm exeventu quàm conſilio ejus interpretatio deſumenda eſt.
τ. Quare prudenter apud Dionem υ. Agrippa ad Auguſtum
dixit: Τὴν διάνοιαν ἀυτῶν (ſc. conſulentium) δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ȣ̓ τὴν
ἐπιτυχίαν μέμφεσθαι. II. ex eo, quod probitatis præſumtio, uti 6.
Maſcardus vocat, φ. ad actus illicitos ſe non protendat, advertente id Accurſio, χ. regulariter ψ. in factis ſivè naturaliter ω. illicitis, nec non mediis, diſertè modò à lege prohibitis, αα dolus præſumitur. ββ.

## CAPUT NONUM,

*XII. Sectionibus actionem, quæ ex Conſilio fraudulento eſt, methodicè delineans.*

### SECTO I.

### De cauſa Efficiente.

*Quisq; ſui vult ſimilem.* Miſere aliqvando ſuæ caudæ ja- 1.
cturam fecerat vulpes quidam; quarè cæteris ibat perſuaſum,
ut ſuam quisq; caudam præcideret. Moliuntur certè idem, 2.
qui frigidis tantum legum argutiis inſtructi α. in forum provo-
lant, & rudes ad recitationem Legum pervenientes β. à Logi-
cæ ſtudiô divelluut, ementitâ ejus quantum ad Juris notitiam,
inutilitate; quod graviter taxat Stahlius. γ. Lubet itaq; me- 3.
thodica Actionis hujus delineatione palàm facere, quam feli-
citer Logicæ adminiculo vel in Jure huc illuc devehamur. *Co-
gnitionis cujusq; præcipua pars principium eſt*, δ. cujus vices uti 4.
cauſæ ſubeunt, ità, prout ex ordine in calamum quæq; deſtil-
labit, ad eam hanc actionem examinabo, facturus auſpicium
ab *Efficiente:* quæ vel *remota*, Jus nempe noſtrum Civile. ε. 5.
vel *propinqua*, illicita ſc. perſuaſio ζ. vel προκαταρκτική, conſu-
lentium nimirum protervia, absq; qua ſi eſſet, delicta in her-
ba ſæpè ſuffocarentur: quandoquidem paraſtatarum promtitudo hæſitantes utiq; animat, undè ejusmodi malitiæ hujus actionis remedio prudenter iverunt obviam Juris Autores.

σ. Hiſtor. l. 6. c. 5. τ. Fab. ad h. L. 47. n. 9. υ. lib. 52. φ. de prob. vol. i. concluſ. 222. n. 5. χ. in L. 1. C. de Sicar. ψ. Magn. Dn. Tabor Armam. Inſtin. p. m. 224. ω. Gœdd. ad L. 42. V. S. αα. Pekius ad can. 82. de R. J. in 6. n. 2. juncta L. 5. ibi: ratione juſta: ff. de ſerv. corrupt. ββ. Weſenb. π. ad L. Corn. de Sicar. n. 10.

α. Quæ verba ſunt Criſpini in præfat. ſuarum Inſtitut. Juſtinian. β. proœm. ſſtorum §. 9. γ. part. 2. Reg. Philoſ. Reg. 5. n. 3. δ. L. 1. ff. de O. Jur. ε. Per hanc Leg. 47. ζ. arg. L. 4. C. de furt.

## SECTIO II,

*De Materia Subjectiva, tàm activa quàm paſſiva.*

1. Materia vel *in qua* eſt, vel *circa quam: illam* notanter appellant *ſubjectum;* quod & *activum* & *paſſivum*: *Activum* eſt conſilio utens, α. eô læſus, β. ac utriusq; hæres (qui propriè dicitur der eine Erbſchafft bekompt aus denen Käyſerlichen Reichs-Satzungen oder alten Käyſer-Rechten: γ. undè formula ſolennis für mich/meine Erben/und Erbnehmer. δ. *paſſivum* diſpeſco in
2. *affirmativum* & *negativum: illud*, quantum ad actionem *directam*, eſt ipſe perſuadens, ε. quantum ad *utilem*, is cum quô
3. fraudis conſilium participatum eſt. ζ. *HOC* conſtituitur ob vitium *vel animi*, uti pupillus η. (qui infans tamen aut infantiæ eſt proximus θ.) item furioſus, durante fati infelicitate: ι. vel *corporis:* uti ſurdus & mutus à natura, quippè qui ſuam mentem
4. explicare nulla tenus ſatagit: κ. vel ob *perſonarum identitatem;* ſiquidem ob id, quod actio duas deſiderat perſonas, nulla naſcitur actio inter patrem & filium, non habentem peculium, maximè caſtrenſe λ. aut quaſi μ. dominum item & ſervum:
5. ν. quæ tamen identitatis ratio cùm militet in ſervi conſideratione tantùm *relativa*, qua de *in Inſtit. tit. de his qui ſui vel alien.* in *abſoluta*, quam explicat *tit. Inſtit. de Jur. Perſon.* alia ſubſtituitur *in L.22. de R. J.* quem ad contractuum civilium materiam rectè reſtringit Gothofredus. ξ. ne paſſim in Jure adverſentur textus, quorum farraginem apud Decium ο. videre eſt.
6. Plura, quæ huc omninò faciunt, ſed chartæ anguſtiâ ſubnectere prohibeor, vide apud Weſenbecium, π. *cui Magni nomen facit* Mag. Dn. D. *TABOR.* ρ.

## SECTIO III,

*De Materia objectiva in θέσει.*

1. Materia *circa quam* expendenda vel in ἄρσει vel in θέσει. In θέσει tàm *abſolutè* quàm *relatè*. *Abſolutè* quoad præſtationem ejus quod intereſt non fuiſſe conſultum, α. ut tamen intereſſe

α. Magn. Dn. Tabor Racem. 4. θ. 14. β. Schneide Win. ad §. 6. n. 2. Inſt. de mandat. γ. Magnif. *Præſes in habito nuper Collegio ffto-rum Synoptico* ad Tit. de petit. hæredit. δ. Heringius de Fidej. C. 30. n. 18. ε. argum. h. Leg. ζ. L. i. (ſi omiſſa ſit cauſ. Teſt. ibiq; Perez. n. 3. η argum. §. 18. Inſt. de Oblig. quæ ex delicto. θ. Dec. ad L. 149. de R. I. n. 2. ι. L. furioſi de R. I. κ. Peretz. Erotem. Inſtit. ad ff. itē ſurd. Inſt. quibus non eſt permiſſ. λ. l. 4. de Ind. μ. Locam. in not. ad §. 12. Inſt. de O. quæ ex D. ν. Perez. ad §. hi quid. l. ξ. in. not. ad eand. L. ο. Dec. ad eand. L. π. π. de dolo malo. n. 6. Peretz in ζ. de dol. mal. n. 10. ρ. Racem. 2. θ. 4. α. argum. dictorum à Weſenbecio π. de dolo mal. n. 7.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0016-0

tereſſe hîc intelligatur *reſtrictivè* de emergente ſaltem damno,
β. non etiam, uti in contractibus vel qvaſi de lucro ceſſante γ.
*Relatè* in reſpectu tùm ad *Subjectum*: ubi ſiduo conſulunt uni 2.
circa idem factum, conſilium dicitur unum non plura, δ. inq;
ſolidum ſinguli tenentur: tùm ad *Objectum*, circa quod conſi-
lium verſatur, *factum* puta vel *licitum* vel *illicitum*, ε. & hoc à
Jure æſtimatum *pœnâ dignum* vel *non dignum*. Si *dignum* (quod 4.
Theologis venit nomine peccati alieni, ζ) probè obſervanda
eſt conſilii *forma intrinſeca & extrinſeca*. Quoad *intrinſecam*,
à re ipſa η. vel *directivum* eſt vel *adhortatorium*. θ. *Illud*, quia
quaſi ἐν ἔργῳ ipſo ſuâ inſtructione adeſt, factumq; animare, ι. 5.
quin ipſi delicto ineſſe videtur, conſulentem ad ordinariam
κ. obligat: λ. quoniam (*regulariter*) conſilium in delictis Au-
torem pœnæ aſtringit. μ, *Hoc* non obligat, niſi ad extraordina- 6.
riam. ν. *quamvis quidem* Borcholt, Locamerus, Perezius *& in-
terpretes communiter ad §. 11. inſtit. de oblig. quæ ex delict. diſtin-
ctionem quærant in adjuncto furti eventu, quaſi imperator ibidem
diſtinxerit inter furtum faciendum & factum, & negando, conſi-
lium obligare intellexerit caſum furti non facti:* mihi tamen per- 7.
ſuadet Textus oppoſitio, ut intrepidè aſſeram, Imperatorem
diſtingvere inter conſilium *directivum* & *adhortatorium*, ut ni-
mirum interſit, an nulla ope, nec mediata nec immediata con-
ſilium ſit inſtructum, an aliqua tantùm. Etenim in actione iſtâ 8.
nullum conſiliũ intelligitur, niſi poſito eo caſu, quo furtum fa-
ctũ fuerit. Inepta ergò eſſet diſtinctio, quæ extra caſum propoſi-
tum vagaretur. Dicerem, quod mea explicatio etiam probare- 9,
tur *Magnifico Dn. Carpzovio*, niſi ſtatim ſubjiceret, inſtructo-
rem non tam pro conſulente quàm auxiliatore habendum eſ-
ſe. ξ.

β. Peretz. in Cod. d. t. n. 12.
γ. l. 13. ff. rem rat. hab.
δ. Bl. in l. ſi famil. ff. de Jnrisd.
ε. Mayn. ad h. leg. 47. n. 1.
ζ. Damhoud. pract. Crim. c. 133. n. 1.
η. argum. §. 2. Inſt. de Tut.
θ. argum. l. 7. ff. de Tutel.
ι. l. 50. §. 3. ff. de furr.
κ. Magn. Dn. TABOR Armam. Iuſt. c. 4. θ. 8
λ. L. 6. §. 5. ibi. ſi non facturus eſſes: ff. mandat.
μ. Petr. Placha. Epit. delict. c. 17. n. 2.
ν. Magn. Dn. TABOR. d. L.
ξ. Pract. Crim. p. 2. q. 87. num. 6.

## SECTIO VI,

***De Objecto conſiderato quoad Conſilii Formam extrinſecam ex parte conſilio utentis.***

Quantum ad *formam extrinſecam*, aliter ſe res habet 1.
in *conſilio utente*, aliter in *conſulente*. In *utente* notetur ejus an-
tegreſſa

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0017-6

2. tegreſſa & *Noluntas* & *Voluntas:* Quod ſi non fuiſſet facturus
delictum, ut ità conſilium fuerit cauſa delicti immediata, α. ei-
dem cum delinquente pœnæ ſubjacet conſulens β: utpotè *dans*
3. *damni cauſam, ipſe damnum dediſſe intelligitur.* γ. Facit hùc illa
Judæorum in Dominica Paſsione vociferatio: Creutzige/ Creu-
tzige ihn. δ. Läſſeſtu dieſen loß/ ſo biſt du des Käyſers Freund nicht. ε.
Chriſti ſangvine quamvis inſontes, divina tamen *Nemeſis* ho-
dienum in ſingulos ſeverè animadvertit. ζ. Ubi verò ſuâ motus
4. induſtriâ atq; præordinatione aliàs erat facturus, eô caſu *merè*
*conſulens* η. (cùm diſtinctio hæc ad auxiliantem non delabatur.
5. θ) pœnâ afficiendus eſt mitiori; ι. ututBartolus indiſtinctè eum
eâdem, quâ delinquens, teneri affirmet, modò conſilium cadat
in delictur, κ. quippè quod *limitatè* ſit exaudiendus vel verbum
DUMMODO arguit, junctis quæ habet Decius λ. de pœna à
6. Lege conſulenti expreſsè impoſita. Quômodô etiam intelli-
genda *lex* 1. §. *perſuadere ff. de ſerv. corrupt.* & *L. quisquis C. ad*
*L. Jul. Majeſt.* niſi malis uti diſtinctione inter conſilium *nudum*
*ſeu nihil delicto adjiciens & illud aggravans*, quam *implicitè* Dy-
7. nus μ. & *explicitè* Bero ν. ſuppeditat. Quâ ſtante citra contra-
rietatem huic diſtinctioni, inter antegreſſam ſc. Noluntatem
& Voluntatem locum eſſe in delictis etiam atrociſsimis, quod
originaliter voluit Baldus, ξ. ut tamen extra ordinem pœna
ab arbitrio Iudicis pendeat, ο. aliàs divortium faceret à nobis
8. Menochius. ϖ. Nec habet hàc in re Felinus ϱ. Hippol. Rimi-
naltum σ. ſibi contrarium: equidem *hic* de conſilio nudo, de
malitiam augente ſentit *ille*. Cui diſtinctioni etiam Patrocina-
9. tur Prateus. τ. Rem rectiſsimè determinat Petrus à Placca υ. in
verbis: *Admittenda eſt diſtinctio, utrum facturus fuiſſet, an non;*
*ità tamen, ut in illis criminibus* (ità graviora commiſſa pro-
priè vocat Weſenbecius φ) *conſulens alioquin facturo non ordi-*
*naria ſed extraordinaria, majori tamen pœna quàm in communi-*
10. *bus delictis puniatur.* Eodem forſan diſtinctionis ſale accipien-
dus eſt Schneidevvinus *ad §. 6. Inſtit. de mandat*, ubi indiſtinctè
conſulentem teneri aſſerit, rejectis, qui ſecus ſentiunt, Docto-
rum

α. Car. P. Crim. §. circa ult. n. 1. β. l. 1. ſ. ſed utrum facturus ff. de Serv. corrupt. Boſſ. Tit. de mand. ad hom. n. 59. γ. l. 39. §. 3. ff. ad L. Aqvil. δ. Ioh. 19. 6. ε. Idem. v. 12. ζ. Damhoud. Pr. Crim. c. 70. num. 6. η. Angel. in l. 1. pr. ff. de eo per quem: θ. Carer pr. Cr. tract. 3. §. circa ult. n. 9. ι. eſt communis uti ſcribunt Dd. in c. 1. de off. deleg. κ. in l. 11. § 3. ff. de injur. λ. ad h. L. 47. μ. in reg. nullus de R. I. in 6. in verb. malitia augetur. ν. in c. 1. n. 200. v. prædict. diſtinct. de off. deleg. ξ. in l. 1 n. 9. v. 2. (de ſerv. fugit. Damhoud. d. l. n. 5. ο. Decius in c. 1. n. 9. v. non tamen. de off. deleg. ϖ. de A. I. Q. caſ. 351. n. 24. ϱ. in c. 1. n. 6. de off. del. σ. in repetit. d. c. n. 89. τ. lib. 4. R. I. Tit. 18. c. 3. υ. l. 1. c. 17. n. 10. Epit. del. φ. Weſemb. (ubi de Crimin. n. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0018-1

rum opinionibus. Hujus materiæ prora quaſi & puppis eſt 11.
quæſtio: χ. qualiter hæc Noluntas vel Voluntas probetur. Dic,
quod in probatione facti conſiſtat, ψ. & facile haberi poſsit
ex conjecturis, ω. iisq; ceſſantibus præſumenda ſit in dubio Noluntas: αα. ex ratione tùm generali, quod in dubio non præſumatur delictum, ββ. tùm ſpeciali, quod in dubio principalis credatur eſſe motus conſiliô: γγ. niſi delictum ipſi eſſet favorabile δδ.

## SECTIO V

### *De Objecto, quoad formam Conſilii extrinſecam conſiderato exparte Conſulentis.*

1. Ut ad conſilii *formam extrinſecam*, quam à *conſulentis* 1.
parte recipit, nunc deveniam, ab *adjuncto tempore* notanter attendatur, utrum quis conſilium ANTE, IN, vel POST delictum præſtiterit, α. ità quidem, ut *ante* β. vel *in* γ. actu inſtruens ejusdem cum delinquente pœnæ reus ſit. Neutrum ta- 2.
men verum eſt, niſi inter venerit in *actu proximo*, quod ſi enim
per *remotum*, animadverſio erit arbitraria. δ. Ubi *poſt* deli- 3.
ctum adfuerit conſilio, ſanè tanquam conſilium præſumtum ε. itidem judicis arbitrio punitur ζ. Nec reclamat *lex. 14. C. de furt.* ſiquidem in eâ agitur de *civili coercitione furti*, non verò *criminali accuſatione furis*. η. Juris tamen circa hunc proſterio- 4.
rem caſum diſpoſitio tùm *ampliatur* in matrimonii, cognationis & affinitatis proximæ fœdere θ. tum *limitatur*, vel πῶς, quod ſc. etiam ordinariâ pœnâ ſit afficiendus, ubi præceſſerit auxilii promiſsio; ι. vel ἁπλῶς, quod nullius omninò pœnæ reus ſit, qui conſilio ſuccurrit *viâ* (1) *juſtitiæ*, veluti Advocati, qui ex Judicis aſſenſu pro delinquentis innocentia poſtulant. κ. (2) *gratiæ* ſeü *miſericordiæ*, ſupplicando pro reo prin- 5.
cipi; λ. excepto læſæ Majeſtatis crimine. μ. (3.) *alimoniæ*, quia etiam poſt condemnationem alimentatio permiſſa ν. Quoniam (non refragante *l. 35. ff.* furt: quæ de actu forandi



χ. Placca Epit. del. d. l. n. 9. ψ. Bl. in l. 1. (de ſerv. fugit. ω. Br. in l. ſi ventri §. fin. ff. de privil. credit. αα. ſatis diligenter Iaſon in § omnes Col. 2. Inſt. de Act. & omnium diligentiſsimè Alciatus in tract. præſum. 3. reg. præſ. 1. ββ. l. merito ff. pro ſocio. γγ. Felyn. c. ſicut dignum verſ. tertia concl. de homicid. δδ. Carer. P. Crim. §. circa ult. n. 12. de homicid. α. per Text. Magiſt. in l. 54. C. de Epiſcop. ibiq; Br. Damhoud. pr. Crim. c. 71. num 1. β. Gloſſ. & Dd. ad l. nihil. ff. ad l. Corn. de ſicar. γ. l. utrum. cum l. ſeq. ff. ad l. Pomp. de Parr. δ. l. 1. C. de Crim. pecul. ibiq; expreſſe Bl. ε. Carer. pr. Crim. de homic. §. ſequitur de conſ. ζ. l. 1. (ubi nota voc. perinde reſtringi ad delictum non ad pœnam ejusdem Gloſſ. ibid.) & 2. (de his qui Latron. l. congruit ff. de off. Præſid. ubi ex eo, quod pœna non exprimitur debet exaudi arbitraria argum. l. 1. §. 1. ff. de effract. η. Magn. Dn. Carpz. P. C. p. 2. q. 87. n. 39. θ. l. ult. ff. de recept. ι. Br. in l. in furt. §. ope ff. de furt. κ. l. cuſtod. cum gl. ff. de publ. Iud. λ. arg. l. 27. ff. de pœn. μ. l. quisquis §. deniq; ad l. Iul. Maj. ν. l. Legatum ff. de cap. minut.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0019-0

6. adhuc durante concepta eſt, argum: verb. *perferendum accepe-*
*rit, junct.* §. *1. l. 5. ff. eod.*) conſilio à tergo delictis accedente,
res ferè in alii delicti nomen abit, v. c. receptationis ξ. *Conſum-*
*matiſſimus ICtus Magn. Dn. TABOR.* ο. ſi non fruſtra, certè am-
biguè à Dd. quorum allegationibus chartas dilatat Farinaci-
us, π. de ejus effectu diſputari arbitratur.

## SECTIO VI

### *De Objecto* ἐρωτηματικῶς in ἄρσει.

1. Hactenus de materia in θέσει, nunc ad ἄρσιν, quæ jucun-
2. dius per ἐρωτήματα deducitur. *QVÆST. I.* Exercet Moraliſtas
quæſtio: *Si illi, cui certum erat alicui furari 100. tu perſuaſeris, ut*
3. *adhuc 100. ſurriperet, an de 100. an verò 200. tenearis.* Ex ra-
tione, quod tantum *cauſa moralis* fueris, ut 100. furaretur, α. re-
4. ſpondent, te non niſi ad 100. aſtringi; nec obloquitur textus in
*l. 22.* §. *2. ff. de furt.* nec ratio, *quod pars* quoq; *contineatur in to-*
*to:* β. *Ille* ſiquidem loquitur de Jure ſtricto, γ. *Hæc* procedit ſal-
5. tem quando utrobiq; par eſt partis & totius ratio. δ. Præci-
dendæ difficultatis ergo dicerem, quod interſit, utrum furis vo-
luntatem mutaveris in *totum* an in *tantum:* & ſi *illud*, tenea-
6. ris ad præſtationem 200. ſi *hoc*, duntaxat ad 100. Nec ad rem
pertinet, quod ad conſilium tuum fur unicô volu ntatis actu
200. contrectaverit. Nam attenditur damni furto illati quan-
7. titas, non actuum numerus. Ex quo ſimul apparet, quàm pe-
riculoſè qvidam definiant, conſulentem tantùm ad totius dam-
8. ni reſtitutionem, non verò ad partem teneri. *QVÆST. II.*
Judici ſæpè ſub ancipiti hæret, *an auxilium unà & conſilium*
*præſtans ſit duplici pœna afficiendus, an utraq; confundenda.* Eô
9. caſu diſtingvendum, utrum in *continenti* eodemq; impetu à
conſilio dato ſtatim delicto aſsiſtat, an demum ex *intervallo*: ut
ità *priori* caſu pœna confundatur, *poſteriori* utrâq; in eum ani-
10. madvertatur. ε. *QVÆST. III.* An *abſolutio principalis conſulenti*
11. *operetur impunitatem.* Affirmativam tuetur Decius, ζ. à quo
Molinæus in ſuis ad eundem locum notatis non facit divor-
tium; quoniam vero eſt ſimile, *hunc* reſpexiſſe ad abſoluto-
riam *ſuper facto*, quod ſc. reus Juridicè benè geſſerit, v. c. ſi
fu-

ξ. l. 1. ff. de Recept. ο. Racemat. 4. θ. 29. π. Qvæſt. 129. num. 87.

α. Covarruv. in reg. peccatum p. 2. §. 12. n. 4. β. l. 1. §. 4. de V. O. γ. qnod ſatis evincit textus l. 21. pr. ff. de furt. δ. Gœdd. ad l. 25. ff. de V. S

ε. Bl. in l. adverſus C. de furt. Gand. in rubr. de pœn. ζ. in c. 1. n. 10. v. 9. de offic. de leg. η. Br. ad l. Adult. § eo tempore ff. de Adult.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0020-2

furioſus ex alterius conſilio deliqverit η. *illum* verò ad eam, quæ ſit *ſuper pœna*, quam meretur Rei perſona. In verſâ autem quæſtione obtinet Negativa θ. *QVEST. IV*. Tandem quæ- 12.
renti, *an conſulenti major pœna rectè infligatur, quam delinquenti*, reponerem quod non: ι. niſi ſtatuto diverſa utriq; dictaretur pœna, quippè quo caſu ſæpè ſubjicitur majori. κ.

## SECTIO VII

*De Actionis Forma, & maximè de probationis qualitate quoad Actorem & Conſiliô utentem.*

*Forma* hujus actionis ex conſilio doloſo facilè in prom- 1.
tu eſt ex *actu* tùm *ſignato*, quando ejus natura in ſe ad cauſarum genera examinatur, tùm *exercito* ſivè *uſu practico*, ubi diſpiciendum de *Judice* & *litigantibus*. *Ille*, ſi quæſtio *Civilis*, 2.
eſt ordinarius, α. quem Reus habet maximè domicilio, contractu, delicto, & re de qua agitur. β. Si verò, quod extra ordinem priuatorum Judiciorum fit, γ. *Criminalis*, adiri debet is, qui merum Imperium habet. *Litigantes* ſunt *Actor* & *Reus*: 3.
*priori* incumbit probatio; δ. cujus notetur & *qualitas* & *quantitas*, *de hac ſupra Sect. 3. num. 1. hujus Capit.* Quantum ad *qualitatem*, ea ſubſiſtit ex parte *Actoris* in ipſa *probandi forma*, 4.
quæ expeditur maximè per indicia, adeò, ut etiam ex indubitatis ε. Judex legitimè pervenire poſſit ad condemnatoriam. ζ. Ex parte *conſiliô utentis* in delicti commiſſi certitu- 5,
dine. Etenim ubi viâ Juris, non facti aut communis πράξεως proceditur, η. conſulens non poteſt moleſtari prius, quàm verè & plenè non per contumaciam præſumtivam, θ. conſtet de inſecuto delicto. Et hoc eis ſaltem in caſibus, ubi conſili- 6.
lium non eſt in ſe titulus criminis: ι. aliàs enim & ipſe conatus eſt punibilis; κ. maximè cum Jure Saxonum (*fundamentali*, 7.
non, uti vulgo putant, *Statutario* λ) recepta μ. Lege Carolinâ (*in cujus articulo, 157. materia pœnæ juſtiſſimè non æſtimatur ex materia culpæ*, ν. approbata, ξ. quin toti mundo generalis ο. conſvetudo, (*qua contra J9 commune* ϖ. *quoad pœnâ ex Jure communi illis in caſibus, gravioribus ſc. delictis, non privatis* ϱ. *ordinariam*, ς. *affe-*

θ. Abbas in c. ſicut dignum. n. 15. de homic. ι. Dd. ad §. ope Inſt. de Obl. quæ ex delict. Caſtrenſ. in conſil. 277. n. 3. lib. 2. κ. Salic. in l. 1. C. de rapt. virg. Carer. Pract. Crim. §. circa ultimum. n. 6. tract. de homic.

α. L 2. C. de Juriſdict. β. Weſemb. π. n. 16. de Iudic. γ. Sutholt. diſſ. 16. aphoriſ 8. δ. l. 5. ff. de probat. ε. Bl. in l. quicunq; C. de ſerv. fug. quem originaliter in hac materia allegant. Farinac. quæſt. 86. n. 37. ζ. Menoch. de A. I. Q. caſ. 116. n. 15. η. Clarus in Pract. §. fin. quæſt. 90. verſ. ſcias etiam. θ. Farinac. conſ. 60 n. 123. lib. 1. ι. Mayner. ad h. L. 47. n. 2. Böer. Deciſ. 262. n. 1. κ. Menoch. de A. I. Q. caſ. 360. n. 19. λ. Magnif. Dn. PRÆSES in Colleg. ad ff. Theorico practico. μ. Lehnr. in c. 39. ibi es geſchicht am Willen noch an ſchlechten Worten/ etc. ν. Sutholt. diſſ. 16. aph. 37. ξ. Artic. 178. ibi und doch an Vollbringung. ο. Magn. Dn. CARPZOV. Pract. Crim. p. 1 q. 17. n. 7. π. ex comm. opinione Joann. de Lignano conſ. 20. n. 5. inter conſ. Crim. diverſ. lib. 1. ϱ. Schutz. Exer. Juſt. 8. θ. 8.

8. σ. *Affectus habetur impunibilis,*) in atrocioribus delictis deficit τ.
Inde autem quod Felinus illud intelligit verum eſſe de conatu
*conſummationi proximo,* υ. mihi ea reſidet opinio, quam Gram-
maticus φ. communem dicit, omnes ſcil. Leges conatum
ſolum expreſſè punientes procedere quando deventum eſt
9. ad actum iſtiusmodi proximum. Quô modô interpretor & il-
lud πολυθρύλλητον: Gedancken ſind zollfrey. Hoc tamen non ob-
ſtat, quò minus actus *interni*, quatenus in *externos* influunt, in æ-
10. ſtimationem veniant; ratione quidem actuum externorum.
χ. voluntas enim externis indiciis patefacta, ψ. in ſe delicti per-
11. fecti nomen habens, pœnâ Criminis extraordinariâ ω. punitur,
ſive *in levioribus*, ſive *atrocioribus*(quæ deſtinctio Senecæ eſt αα)
delictis ſit adhibita. ββ. Poteſt tamen Judex quandoq; exemplo
*Dnn. Scabinorum Lipſiæ,* γγ. inſpecta perſonarum *qualitate*(*facto
intrinſecâ* δδ) progredi ad ordinariam: præprimis ubi ipſa Lex
12. vel Statutum conatui talem imponit, uti fractæ pacis publicæ
crimini. εε. *Sic materiam Dd. diſtinctionibus, quas refert Farina-
cius* ζζ. *magis intricatam, quàm evolutam* ηη. *me paucis ita expoſuiſ-
ſe confido, ut in facili ſit, ſatisfacere diſſentientibus* θθ. *quorum plu-
rima pars in Juris Civilis diſpoſitione communi ſe fundat* ιι.

## SECTIO VIII.

*De qualitate probationis ex parte ipſius Rei affirmativè conſidera-
tæ quoad animum fraudandi.*

1. Subſiſtit qualitas probationis ex parte ipſius *Rei* tàm in
2. *fraudandi,* quàm *conſulendi* conſilio. (id eſt animo α) *Animum
fraudandi* quod altinet, quia ex hominis β. &, eâ deficiente, γ.
Legis interpretatione δ. in dubio conſilium accipitur in bo-
num, ε. Hinc quod conſilium ſit ad delinquendum datum clarè
conſtare debet ex verbis expreſſè delictũ inferentib9, nõ dubiis
3. aut æquivocis; ζ. *cuj9modi* tamen non ſunt, quæ ſecundũ comunẽ
uſũ ſiniſtræ ſunt ſignificationis. Eô enim caſu η. contra conſulen-
4. tem magis interpretanda ſunt. *Limitarem ego,* niſi à formula uſu
loquendi pejoris ſignificationis doli præſumptionem *materia
ſubſtrata* excludat, v. c. Wann zur Kirch-Meß Zeit die geſambte
Dorff-

σ. Tiraquell. de pœn. Leg. cauſ. 38. n. 1. τ. Felyn. in c. 1. poſt. n. 9. υ. limita ſecundo de off. deleg. ubi de comm. teſtatur. υ. Tractatu de conat col. penult. φ. Conſil. 36. num. 19. χ. Grot. de I. B. & P. c. 20. n. 18. ψ. Gailius lib. 1. de P. P. c. 14. n. 7. cum Dd. à ſe ibi alleg. ω. Magn. Dn. CARPZ. pr. Cr. p. 1. q. 21. n. 38. q. 71. n. 4. ubi XII. Dd. ad hoc probandum alleg. αα. l. 1. de Clement. c. 8. ββ. Covar. in clem. ſi furioſ. p. 2. n. 6. v. præt. Damhoud. pr. Cr. c. 95. num. 15. γγ. Magn. Dn. Carpzov. p. 1. q. 17. n. 25. Pract. Crim.

δδ. Itter. Synops. Ethic. l. 3. c. 10. q. 4. εε. Gail. l. 1. de P. P. c. 14. n. 19. ζζ. part. 5. Oper. Crim. q. 124. ηη. Magn. Dn. Carpz. p. Crim. P. 1. q. 17. n. 10. θθ. Gail. l. 1. de p. p. c. 14. n. 19. Harpr. ad §. 6. n. 11. Inſt. de Publ. Iud. Damh. pr. Crim. c. 87. n. 5 ιι. Magn. Dn. Carpz. P. Crim. d. l. n. 7. α. arg. l. 15. ff. quæ in fraud. cred. β. Bl. in l. I. C. de ſerv. fugit. γ. Alex. Conſ. 128. n. 3. lib. 4. δ. l. 51. ff. pro ſocio ε. Boſſ. pr. Crim. Tit. de mand. ad homicid. n. 60. ζ. Farinac. conſil. 104. n. 2. η. ex alleg. ab Hippol. Rimin. in repetit. c. 1. n. 92. in fin. de off. deleg.

Dorffſchafft etliche Faß Bier eingeleget. Menalcas, Tytirus und
Mopſus gingen hin/ etliche Kannen zu zapffen: Tytirus drehet
den Hahn auff/ Menalcas hält die Kanne/ und/ alß ſie voll/ rufft er/
SCHLAGE/ (den Zapffen verſtehende) ZU: Mopſus verſtehet
unrecht/ und greifft dem Tytiro tapffer hinter die Ohren.

## SECTIO IX.

### *De qualitate probationis ex parte Rei conſideratæ quoad animum conſulendi.*

Qvantum ad *animum conſulendi*, generaliter definio, qvod 1.
dare conſilium intelligatur, qvi perſuadet, impellit atq; in-
ſtruit conſilio, α. ſivè verbis, (qui modus tamen maximè fre-
quens β.) ſive factis, ſivè utroq; ſimul id præſtet γ. gratiâ ejus
cui conſulitur: δ. Eô utilitatis reſpectu habitô, perinde eſt, ſi- 2.
ve mandatum ſive conſilium externa verborum ſtructura im-
portet. ε. Liceat casûs figuratione rem penitius intueri: Titius 4.
gehet auff dem Marckt ſpatzirend/ Mævius und Cajus begegnen ein-
ander/ nach gepflogener Zuſammen-Sprache gehet Cajus auff den
Titium mit entbloſtem Gewehr/ und verwundet ihn tödtlich. Qr. 5.
ob Mævius einer Rahtgebung halber gehalten ſeye? Reſponde-
rem quod ita. Nam ex brevitate temporis præſumituris de-
diſſe conſilium ei, qui poſt allocutionem ſtatim alterum lædit:
ζ. & hoc ob id, quod in continenti factum præſumitur præor- 6.
dinatum; η. modò præceſſerint à parte Mævii & Caji contra
Titium pares θ. inimicitiæ capitales atq; odii cauſæ. ι. Item 7.
Flaccus kompt zu Sempronio mit Vermeldung/ er ſey geſinnet Fa-
bium zu beſtehlen. Sempronius ſaget kürtzlich/ waß du zuthun ge-
willet das thue bald/ ſonſt möchte es nicht wohl vonhand gehen. Qr.
ob Fabius den Sempronium wegen eines gegebenen Rahts auff er- 8.
folgten Dieb-Stahl gerichtlich belangen könne? Rectè ſentit, o-
pinor, qui affirmat, quippè qui hæſitantem ità inſtruit, utiq;
conſuluiſſe dicitur κ. It. Lælius ſagt zu Tullio, er wolle bey nächt- 9.
licher Zeit dem Marco die Finſter flicken. Dieſem antwortet Tul-
lius: Es werde wohl gethan ſeyn. Qr. ob Marcus wieder Tulli- 10.
um nach vollzogener That könne proceſs erhalten? Tutò id aſſe-



α. l. 50. §. 3. ff. de furt. Salycet. l. 1. C. de rapt. virg. β. Magn. Dn. TABOR. Racem. 4. θ. 26. γ. Bl. in l. 1. C. de ſerv. fugit. δ. vide atur unus pro omnibus Carer. (qui quidem quandoq; plura dicit pauca probat, plures Autores allegat, qui partim non reperiuntur partim non inferunt id, ad quod citantur. Decian. in Tract. Crim. l. 9. c. 36. n. 32) pr. Crim. §. ſequitur de conſulente n. 1. de homicid. ε. Schrad. de feud. p. 9. c. 2. n. 47. Cornel. conſil. 57 n. 1. l. 4. ζ. Br. in l. ſi ventri ∮. eorum. n. 1 ff. de privil.
cred. Accurſ. in d. l. § ..veniſſe in verb. benignè dici. η. Dynus in l. poſt. contractum ff. de
donat. θ. Joh. Andr. in reg. nullus ex conſilio d. R. I. in 6. ι. Carer. pr. Crim. §. circa. n. 137.
v. uſu ferè etiam. de Homicid. κ. l. 50. §. 3. ff. de furt. adſtipulatur Iaſon. in l. 1. num. 34. C. de
ſerv. fugit. Carer. pr. Crim. de homicid. ∮. circa ſecundum num. 23. Damhoud. pra. Crim.
cap. 72. num. 4.

rerem. Qui enim communicatum ſibi facinus, idq́; futurum, illaudat, dicitur conſulere λ. inflammare, μ. facto favorem præſtare, ν. illudq́; ipſemet velle, ξ. ut etiam Hippol. Riminaldus expreſſim decidat, vetbis illis: *Tu farai molto bene à far lo*, alterum alteri perſuaſiſſe credendum.

## SECTIO X.

### *De qvalitate probationis in Reo negativè excuſſa.*

1. Eſt ſæpè actio in ſe juſta, reſpectu ejus, cum quo agitur,
iniqua; α. ut itaq; *Reus* habeat, quô adminiculante deducta
2. ab *Actore* in Judicium excludat, comparatæ ſunt *exceptiones*. β.
Conſequens proindè eſt ut videam, elidi interdum doli actionem ex *conſilii innocentia* γ. vel *omnimoda*, uti in infante aut impubere. δ. vel *reſpectiva*, quantum ad conſilii actû, dum ſc. intra
3. ſimplicis hortationis terminos ſubſtiterit. ε. Quandoq; ob *defectum cauſæ finalis*, cum conſulens non teneatur, niſi ex conſilio principalis egerit: ζ. ſæpè etiam, quòd conſilium vel *tacitè*
4. vel *expreſſè* η. *revocaverit*: θ non revocatione quidem *ſimplici*, quæ ob rationes à Salic: ι. motas, in mandato ſufficit, κ. ſed *efficaci*: λ. ut ſc. perſuaſor certus ſit, eum, cui perſuadebat, propoſitum mutaſſe. Aliàs enim, *ſuppreſſo quidem nomine*, μ. de-
5. beret oſtendendo denunciare, quod ſibi caveat. ν. Tandem
qvòd conſilium *non fuiſſet acceptum*. ξ.

## SECTIO XI.

### De Fine.

1. Materiam excipit *Finis*: qvi (*quantum quidem ad diviſio-*
2. *nem rei, non diſtinctionem Nominis ambigui*, α. eſt vel ᾧ vel ξ. β. *Illum* facio Actorem: *hic* ex adjuncta facilitate vel difficultate obtinendi diſpeſcitur in *internum & externum*. *Internus* alius re-
3. ſpicit *Actorem*, alius *Reum*: Etenim αἱ ὑποχείριας τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων καὶ μάλιστα τὸ παρη-
4. γορῦντες πρέπον θόντας ἔνεσιν αὐταῖς. γ. Qui *Actorem*, eſt vel *primus*, quando ex indole omnium actionum perſecutoriarum δ. ipſi ſatisfit ε. de damno conſilio cauſato, ζ. non etiam aliis indè dependen-

λ. Bl. in l. ob hæc verb. n. 2. ff. de his qui not. infam. Angel. Conſ. 22. μ. Cæpoll. Conſ. 27. n. 5. Jaſon. in l. 1. n 33. C. de ſerv. fugit. ν. Hippol. Rimin. l. 3. Conſil. 311. n. 10. in fin. ξ. Horne. Doct. Civil. l. 3. c. 4. n. 26. α. Peretz. Erot. ad Tit. Inſt. de Except. Erotem. 1. β. pr. Inſt. de Except. γ. l. 12. ff. ad l. Corn. de ſicar. δ. l. 23. ff. de furt. ε. §. 6. Inſt. de mand. ζ. Decius ad h. l. 47. n. 10. η. Carer. pr. Crim. §. circa quartum n. 3. de Homicid. θ. Bl. in l. ſi literas C. mand. ι. l. 1. C. de rapt. virg. κ. Gomez. var. Reſolut. tom. 3. c. 3. de Homi. n. 44. λ. Menoch. de A. J. Q. caſ. 351. n. 8. Placca Epit. delict. c. 19. l. 1. n. 11. μ. Bl. in l. mand. in fin. C. mand. ν. Placca d. l. c. 17. n. 9. *Ubi ſuo more in allegationibus propè luxuriat*. ξ. Bl. in l. ſi liter. C. mand. α. Scheibl. Topic. c. 6. num. 61. β. Ariſtot. 2. de Anim. c. 4. γ. quod ex Plutarcho refert. Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 20. n. 6. δ. Magn. Dn. TABOR (*qui in Iure interpretando* ἅπαντα ἄριστος, καὶ σοφὸς καὶ οὐδενὸς δεύτερος, *quod de Maſurio Athenæus* lib. 14. *prædicat*.) Racem. 3. θ. 17.

pendentibus: η Adhibetur enim pœna τῦ ποιῦντ@ ἕνεκα, ἵνα ἀπο-
πληρωθῇ (exigentis cauſa, ut ei ſatisfiat) θ. vel *ortus*, Judicati pu- 5.
ta actio. ι. Qui *reum* concernit, poſitus in eô eſt, ut ejus pudor 6.
oneretur, non ignominia (*quòd regulariter in doli actione fit* κ.)
ipſi arrogetur: λ. & hoc tum demum, quando intra fatalia nul- 7.
lô remediô ſententiæ vires aut extinxerit, aut ſuſpenderit; vel
ſit ad provocationem definitum: Daß wohl geſprochen und übel 8.
appelliret. *Externus eſt*, ut illicitus hominum nequam inſtin-
ctus, quo quis ſæpè in delicta aufertur, μ. hâc viâ inhibeatur: 9.
ſunt ſiquidem τιμωρίαι τῶν μελλόντων ἐπιχέσεις ἀδικημάτων, quod paulò
ante dictum.

## SECTIO XII.

### *De Diſſentaneis.*

Hæc de cauſis *conſentaneis*. Quia verò nihil tàm firmum, 1.
quod non circumſtent contraria, α. ideò non fuit viſum incom-
modum, ſubnectere & ea, quæ huic actioni adverſantur; ſuntq;
vel φαινομέν@ vel ἀληθῶς talia. *Illius* monetæ ſunt I. *pœnitentia.* 2.
Neq; enim eâ quis delicto perpetrato conſilii malitioſi reus eſ-
ſe definit. β. Quanquam Gothofredus in notis ad *l. 65. ff. de furt.* 3.
textus aliquot adducat in contrarium. Siquidem ad *l. 14. §. 1.*
*ff. Quod met. causâ*: reſpondet Weſenbecius diſtingvendo
Jus *ſtrictum à benigno.* γ, Legis *4. §. 10 ff. de Uſucap.* tantum colo- 4.
ris ineſt, ut pars Doctorum exinde pro admittenda in furti ca-
ſu pœnitentia per tinaciter nitantur. Sed oſtendunt, quàm non
advertant, reſtitutione quidem extingvi *vitium rei* ſeu ipſius
furti, quo de dicta L. ſentit, non item *vitium perſonæ* ſeu fu-
ris δ. II. *Solutio unius*, cum ſinguli teneantur in ſolidum: ε. ſe- 5.
cus ac in auxiliatoribus, qui ſolùm tenentur de eo, quod ipſi fe-
cerunt. Diverſitatis ratio, qvia conſilium evagatur ad omnia
damna, auxilium non item. ζ. Ἀληθῶς talia contrariantur *Nati-* 6.
*vitati* vel *obligationis* vel *efficacis Actionis*. η. *Illud* fit, quando do-
lus vel in proprium delicti nomen tranſit, θ. vel ex contractu 7.
vendicari poteſt. ι. Ejusmodi enim agendi genus, qvo ignomi-
niæ nota condemnato inuritur, κ. maximè ſi etiam eſt ſubſidia-
rium

ε. Damhoud. Pr. Cr. c. 143. ferè per tot. ζ. Placca Epit. delict. l. 1 c. 17. n. 22. η. Br. in l. inde Nerat. § 1. ff. de ſerv. corrupt. θ. Ariſt. l. 1. Rhet. c. 10. ι. Coll. Argent. θ. 13. de furt. κ. l. 1. § 4. ff. de dol. mal. λ. 20. ff. de his qni not. infam. Fab. ad h. l. 47. n. 6. μ. Seneca l. 1. de Clement. cap. 8. α. Hering. de Fidejuſs. c. 19 prin. β. arg. l. 56. ff. de furt. γ. ϖ. n. 6. ff. quod met. cauſ. δ. l. 1. ſ. ſi rem depoſ. 25. ff. depoſit. ε. Innoc. in. c. ſicut dign. de Homic. ζ. Boſſius pr. Crim. Tit. de pœn. n. 4. η. quæ diſtinctio eſt Decij ad l. in omnibus. de R. I. num. 10. θ. l. ult. C. de noxal. ι. l. 9. §. 21. ff. de dol. mal. κ. Weſ. ϖ. ff. de dol. mal. num. 5.

rium λ, non temerè (*ſumtâ voce pro facilè, uti explicat Bronchorſt* μ.) debet decerni: ν. niſi probabiliter dubitetur an alia a-
8. ctio competat, ξ. aut concurrens æquè ſit famoſa. ο. Confer,
quæ dixi ſupra *Sect. 2. hujus cap. ad doctrinam de Subjecto. Hanc*
ſufflaminat (exceptionis quidem ope, ϖ.) pactum. ρ. Transa-
9. ctio, σ. & præſcriptio, quæ exigitur ad jus vel *vetus* vel *novum*;
*illô* præfinitur ipſi annus utilis, *hôc* terminatur ex Lege Con-
10. ſtantini bienniô continuô. τ. Faciunt huc dicta ſupra in tracta-
tu de exceptionibus Reo competentibus, Sect. 10. hujus capit.

## CAPUT DECIMUM,

### *Quare Ulpianus in hac Lege utatur termino Competit.*

1. Certè non fruſtrà eſt Ulpianus, quándo hîc utitur termino
*Competit*. Longè equidem à ſe diſtant actionem competere &
2. eam dari. Quæ competit, ea non ſemper datur. α. Compe-
tere enim eſt naſci actionem, quod ad transmiſsionem profi-
cit; non tamen ut nata nobis eſt, ſemper ea agere poſſumus: β.
quod inprimis ſolenne eſt in actionibus pœnalibus & famoſis;
ubi *poſita licet cauſa ſæpè non ſequitur effectus*, nec datur actio
v. c. licet, quantum ad formam, verè furtum ſit, ubi conjux
coniugi aliquid futuri forſan divortii cogitatione γ. intercipi-
endi animo amovet, furti tamen actio non datur δ. ſed matri-
moniô conſtante condictio eoq; ſolutô actio rerum amota-
3. rum. ε. Expedita ita eſt per DEI *gratiam* noſtra repetitio eâ
omninò viâ, quam maximô cupidæ Legum Juventuti emo-
lumentô olim aperuit ζ. PATRONUS meus obſequiosè vene-
randus Dn. D. Schröter/ *Cancellarius Aulæ Saxo-Gothanæ Magnificus*, Sacri Palatij Cæſarij Comes.

λ. Perez in Cod. d. t. n. 4 μ. ad l. 64. de R. I. ν. l. 1. § 4 ff. de dol. mal. ξ. l. 7. §. 3. ff. d. t. ο. Perez. in C. d. t. n. 11. ϖ. l. 17. C. de transact. ρ. l. 17. §. 1. ff. de Pact. σ. Weſemb. ϖ. de transact. num. 7. τ. Perez. in Cod. de dol. mal. num. 13. *Qui in ſuis in Codicem prælectionibus præ cæteris id operam dedit, qui omnes Leges explicet* (quod hactenus neminem feciſſe dicit) *& quæ in tribus poſterioribus libris de Jure publico ſimpliciter Romano tractantur, revocet ad Romano-Germanicum, prout, Magnificus Dn. PRÆSES diſtinxit in Collegio ſſtorum Theorico-Practico, quod intra privatos parietes nuperrime aperuit)* α. l. 1. §. ult. l. 10. ff. de Tut. & rat. diſt. β. Schütz. exerc. Juſtinian. 18. θ. 8. γ. Weſemb. ϖ. ff. de Act. rer. amot. n. 2. δ. l. 1. & ſeqq. ff. Rer. Amot l. 52. §. 1. ibiq; Gothofr. ff de furt. l. 13. §. 4. ff. de injur. ε. Perez. Erotem. ad Inſt. Tit. de obl. quæ ex delect. q. 16. ζ. in ſuo Informat. Juris pag. m. 15.

ULB Halle 3
003 070 840

TA-OL

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0027-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0028-7

ACTICA

O

PII

S

# ILII

ENTI NULLA

O, &c.

ul. JUR.

FAVENTE

ORDINE ACADEMIÆ

NUENTE

O

SSIMO, CONSULTISSIMO

O Schachern/

IQVE PROFESSORE

SAXONIÆ JUDICII

NSISTORII PRÆSIDE & FA-

IORE GRAVISSIMO &c. PA-

SPITE ÆTATEM DE-

SIDENTE,

MINI SUBMITTET

ALTZUNGENS.

SP.

O. R. M. DC. LXII.

E,

MICHAELIS.

39.
18 / IV
1662,14
(3)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-626879-p0029-6